



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Philippi Servii Amicvs Fidelis Usque Ad Mortem**

**Bouchy, Philippe**

**Coloniæ Agrippinæ, 1660**

§. I. Quænam mortuo præstanta sint ab Amico fideli.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54799](#)

piris nutu, vel manus compressione,  
sibi indicet an iterum desideret sa-  
cramentaliter absolvī.

## CAPUT VI.

## §. I.

*Quanam mortuo prestanda fuit ab Ami-  
co fidi.*

**P**ostquam moribundus expirave-  
rit, orationesque funebres reci-  
taræ fuerint, Amicus fidelis defun-  
cti animam parentibus, circumstan-  
tibusque sedulò commendabit; di-  
cet autem nullo modo defunctum  
efficacius ab eis juvari posse, quām  
si purgata statim per confessionem  
conscientia ad communionem reli-  
giōsē accedant, eique communio-  
nis suæ fructum aliquem, per mo-  
dum suffragii impertiant. Et ne ni-  
hil ē domo luctus assistentes domū  
suam reportent; intelligant ex Ami-  
co fideli quām consultum sit per re-

*Etiam*

Etiam vitæ innocentis viam ad bonam ac felicem mortem ambulare, vitæ verò innocentiam acquiri conservarique per Sacramentorum penitentiæ & Eucharistiæ frequentationem.

2. Quàm juvet ad solarium animæque tranquillitatem in morte obtainendam, de totius vitæ noxis generaliter aliquando confessum esse, eaque tempestivè nomina delevisse, quibus, sive ad famæ, sive ad bonorum restitutionem obligamur.

3. Bene expendat Amicus fidelis, coram assistentibus, quàm pretiosum sit tempus quod ad salutem nostram operandam Divinum nobis Numen concedit. Dicat nos versari in hoc sæculo sicut mercatores in nundinis, quarum tempus cùm præterierit, negotiari frustrè desideres.

*Fronte capiata, pòst est occisa calva.*

4. Dicat vitam hanc esse quasi aurum

K

auri-

aurifodinam thesaurumque passim  
expositum unde sibi omnes, exiguo  
admodum labor, eruere possint di-  
vitias æternū duraturas. Quidni  
ergo juxta Apostoli monitum, ejus-  
modi bonis comparandis insuda-  
mus? a Bonum, inquit, facientes non  
deficiamus tempore enim suo metemus non  
deficientes.

5. Scitari poterit, satisne videan-  
quanta sit voluptatum, divitarum  
honorum, rerumque omnium ter-  
renarum vanitas, quæ tam miserua  
ac infelicem sortiuntur exitum.  
Quid tandem hinc ex iis asporta-  
mus? linteolum unum, infami luce  
ac sanie, jam jam fædandum, &  
vermibus corrodendum. b. Subter-  
sternetur tinea, inquit Propheta, o  
perimentum tuum erunt vermes.

6. E contrario virtutum bono  
rumque operum fructus erunt su-  
vissimi, neque modò in hac, sed  
in futura illa ac beata vita po-  
rennabunt, juxta illud Joannis

b. Gal. 5. b. 1sa. 14.

a Audivī vocem de cœlo dicentem mihi,  
scribe, beati mortui qui in Domino mo-  
riuntur: amodo iam dicit sp̄ritus ut re-  
quiescant à laboribus suis: opera enim  
illorum sequuntur illos, ad gloriam,  
nempe, perpetuamque felici-  
tatem.

7. Cūm mors sit tam certa, ho-  
ra verò tam incerta, perat à circum-  
stantibus, quomodo audeamus no-  
bis longam vitam polliceri, & ea  
spe decepti, vitæ melioris curam  
studiumque deponere! bene profe-  
cto, ut omnia, Divus Hieronymus:  
Indignus est nomine Christiani, qui  
in eo statu vult vivere, in quo nol-  
let mori. Proinde, se quisque exa-  
minet, videatque diligenter, ecquid  
sit in interiori animæ domo, quod  
abesse vellet, si mors ipsa jam pro-  
te foribus staret: Erit Epilo-  
gi instar, verum istud ac sa-  
lutare Philosophorum  
pronuncia-  
tum.